

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Coniugium d
cum fonte primo

Tolle quod peius est
et per se non erit bonum nubere.

Vide qualia sunt secunda matrimonia
que lupanaribus preferuntur.

Ieronymus in quadam epistola.

tolle, quod peius est, uri,
et per se bonum non erit nubere.
procul hereticorum calumniae:
'scimus honorabiles nuptias et cubile
inmaculatum'. etiam de paradiso expulsus
Adam unam uxorem habuit.
primus Lamech maledictus et sanguinarius
et de Cain stirpe descendens unam in duas diuisit
costam et plantarium digamiae
protinus diluuii poena subuertit.
unde illud apostoli, quod fornicationis metu
indulgere compellitur scribens ad Timotheum:
uolo adulescentulas nubere, filios procreare,
matres familias esse, nullam occasionem dare
aduersario detractionis causa.
cur indulserit, statim subiecit:
iam enim quaedam declinauerunt post satanan.
ex quo intellegimus illum non stantibus coronam,
sed iacentibus manum porrigere.
uide, qualia sint secunda matrimonia,
quae lupanaribus praeferuntur,
quia declinauerunt quaedam post satanan.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 79.10.2-4
(CSEL 55, I. Hilberg ed., pp.99-100, ll.18-26,
1-6).